

Un consiglio del giovane Alcibiade al grande Pericle

Alcibiades ille, cuius nescio utrum bona an vitia patriae perniciosiora fuerint - illis enim cives suos decepit, his adflixit - cum adhuc puer ad Periclem avunculum suum venisset eumque secreto tristem sedentem vidisset, interrogavit quid ita tantam in vultu confusionem gereret. Ille respondit se mandatu civitatis propylaea Minervae, quae sunt ianuae arcis, edificasse et nunc, consumpta id opus ingenti pecunia, non invenire quo pacto ministerii rationem redderet. Tunc Alcibiades «Ergo inquit - quaere potius quemadmodum rationem non reddas». Itaque vir amplissimus et prudentissimus, suo consilio defectus, effecit ut Athenienses, finitimo bello implicati, rationes non exigerent. Incertum autem est utrum Athenae Alcibiadis memoriam tollere debeant an eius gloriam celebrare, quoniam adhuc inter execrationem hominis et admirationem dubio mentis iudicio fluctuant.

(da Valerio Massimo)

<i>comprensione del testo</i>/4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
<i>conoscenza delle regole morfo-sintattiche</i>/4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
<i>resa in italiano</i>/2		3=7 3,5=8-9 4=10